



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

I. Non licere pascha diuerso tempore facere, neque cum Iudaeis celebrare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
 CHRISTI
 341.

- | | |
|---|---|
| quam clerico, si exauctoratus fuerit, ministrare. | XVI. De episcopis vacantibus. |
| V. Non licere clericis, contempto episcopo, seorsum se colligere. | XVII. De episcopis qui, accepta manus impositione, non acquiescunt suscipere ministerium. |
| VI. De excommunicatis. | XVIII. De his quibus supra. |
| VII. Nullum peregrinum absque episcopis suscipi. | XIX. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinari. |
| VIII. Ut epistola a solo fiant chorepiscopo. | XX. Ut bis in anno Synodus celebretur. |
| IX. De metropolitanis episcopis. | XXI. Episcopum de diocesi ad diocesim non debere transire. |
| X. De chorepiscopis. | XXII. Episcopum non debere in alienam irruere civitatem. |
| XI. De his episcopis vel clericis qui sine literis episcoporum ad imperatorem vadunt. | XXIII. Episcopo non licere successorem sibi constituere. |
| XII. De episcopis vel clericis depositis. | XXIV. De rebus ecclesiasticis & episcopalibus. |
| XIII. Non licere episcopis in aliena prouincia clericos ordinare. | XXV. Episcopum habere potestatem in rebus ecclesiasticis exponendis. |
| XIV. De episcopis accusatis. | |
| XV. De quibus supra. | |

CANONES.

I.

OMNES qui audent dissoluere regulam sancti & magni Concilii Nicæni, quod celebratum est in præsentia Dei amantissimi Constantini imperatoris, de sancta & salutari festiuitate paschali Saluatoris nostri, excommunicatos & eiectos ab ecclesia esse debere, maxime si perseuerent studio contentionis, ab subuertenda ea quæ optime constituta sunt. Et hæc quidem dicta sunt de laicis. Si autem de præpositis ecclesiæ aliquis, id est, vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus, post hanc definitionem, & hunc terminum, ausus fuerit, in subuersionem populorum & perturbationem ecclesiarum, seorsum colligere, & cum Iudæis pascha uoluerit celebrare, hunc sancta Synodus ab hoc iam

M.P.F.

, iuxta Anno Christi 341.

Quod

at au-

& eius

presby-

raeter,

propin-

per hu-

eccle-

uat. Si

byteri

d eccle-

siastica

gantur

lasphe-

dispen-

corrigi,

bante.

eodem

N I.

ad eccle-

seruena-

vel cui-

alienum ab ecclesia esse iudicavit, tamquam eum qui non solum proprii peccati, sed & aliorum corruptæ mentis & conuersationis supplantator extiterit, reus. Et non solum huiusmodi deponit a sacerdotio & ministerio, sed & eos qui ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore qui extrinsecus est priuari oportet, quem sanctus Canon & Dei sacerdotium promeruit.

ANNO
CHRISTI
341.

II.

Ex apoft.
Can. 10.

Omnes qui ingrediuntur in ecclesiam Dei, & sacras scripturas audiunt, non autem cum populo in oratione communicant, auersantur etiam sanctam assumptionem dominici sacramenti, secundum aliquam propriam disciplinam, hos ab ecclesia eiici oportet, donec confitentes, fructum pœnitentiæ demonstrent, & deprecati fuerint, ut data venia suscipi mereantur. Non autem liceat communicare excommunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare qui ecclesiæ non participant in oratione, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si quis episcoporum vel presbyterorum, vel diaconorum, vel etiam qui in Canone detinentur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communionem priuari, tamquam ecclesiæ regulas confundentem.

III.

7. qu. 1. Si
quis presby-
ter, vel dia-
conus,

Si quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quo migravit,